AVSPICIIS

AVGVSTISSIMI POTENTISSIMIQVE

IMPERATORIS

TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORIS

NICOLAI I.

ACADEMIAE MEDICO-CHIRVRGICAE VILNENSIS

AVCTORIS ET PROTECTORIS CLEMENTISSIMI

etc. etc. etc.

ACADEMIAE PRAESES

VNA CVM SENATV ACADEMICO.

Quum ornatissimus Hippolitus, Ignatii filius, Nowicki, Minscensis, Universitatis litterarum quondam Vilnenensis studiosus, ad normam anno MDCCCX mensis Julii die XV SUPREMA AUCTORITATE praescriptam, in examinibus rigorosis coram inclyta Academia praestitis, idonea scientiae ac eruditionis dederit specimina, tum quoque in dissecandis demortuorum corporibus et operationibus chirurgicis exercendis haud exiguam dexteritatem comprobaverit, tantum porro in praxi medica atque chirurgica, tum ad lectulos aegrorum in Institutis clinicis, tum in historiis morborum cum epicrisi exaratis, usum practicum palam fecerit, ut Professorum Academiae unanimi sententia die XXX mens. Junii MDCCCXXXIII. Anni, Medici secundae classis gradum meruisse judicaretur: Nos itaque ea, qua

№ 214 pollemus, auctoritate, juxta jura et privilegia muneri nostro competentia, Eundem ornatissimum Hippolitum Nowicki Medicum secundae classis (Лѣкарь втораго отдѣленія), renuntiamus et declaramus, Eique exercendae praxeos medicae ac chirurgicae facultatem, caeteraque jura et privilegia, quaecunque huic gradui et loco adnexa sunt, damus atque tribuimus. Quod, ut omnibus, quorum interest, notum testatumque sit, hoc Diploma, manu nostra subscriptum et sigillo Academiae Medico-chirurgicae munitum, Eidem dedimus. Dab. Vilnae in Aedibus Academicis Anno MDCCCXXXIII Mensis Octobris 30 die

Въ доказательство Дворянскаго своего происхожденія, представилъ копію съ опредѣленія Дворянскаго Депутатскаго Собранія Минской Губерніи, 1815 года 3го Ноября за № 4494м. Ученый Секретарь [illegible]

IMPERATORIAE MEDICO-CHIRURGICAE ACADEMIAE PRAESES

Qui et Vicarius
Dr. Nicolaus Mianowski
Stat. Consil., Artis Obstetr. prof. P. O.
Ord. S. Annae II. Cl. Caesarea Corona decorat. Eques.

Въ книгу записано подъ N. 6.

IMPERATORIAE ACADEMIAE PERPETUO A LITTERIS

Dr. Eduardus Eichwald
a Colleg. Consil. Mineral. Zoolog. nec non anat. Compar. P. P. O.

Lietuvos TSR Mokslų Akademijos
CENTRINĖ BIBLIOTEKA
PK2-67